

Vana gloria est servitus oculorum, 104. 1.  
Ad eam vitandam sufficit intentio, *ibid.*  
Insidiatur nobis in coelo, 103. 1.  
Anfert meritum a bonis operibus, *ibid.*  
Quomodo superetur, 106. 1.  
Monstra signat, *ibid.*  
Graviter Deo punitur, 109. 2.  
Sancti eam fugerunt, *ibid.*  
Fugienda ex doctrina ss. patrum, 110. 1. 2.  
In vanam iniuste vera gloria commutatur, 105. 2.  
Vanam gloriam Christus exemplo suo reprimere docuit, 114. 1.  
Eam captans fur, 114. 2.  
Insidiatur omnibus, 116. 1.  
Species quaedam est idololatriae, 116. 2.  
Eius stultitia stridionis natura declaratur, 117. 1.  
Hem araneorum, 118. 1.  
Aliis argumentis, 119. 1.  
Vix tamen evaditur, 122. 2.  
Venter Mariae laudatus maximam indicat laudem, 31. 1.  
Venter officina malorum et errorum, 58. 2.  
Verbum divinum desiderio flagravat ingrediendi Virginis uterum, 39. 2.  
Verbi divini utilitas et efficacia, 124. 1.  
Quomodo audiendum et custodiendum, 126.—127. et seq.  
Ipsium audire signum praedestinationis, *ib.* 256. 2.  
Audientes perfunctorie musicae potius quam praedicationi vacant, 127. 1.  
Pueriliter se gerunt, *ib.*

Ruminandum et digerendum ut prosit, 128. 1.  
Est dulce praedestinatis, 129. 1.  
Inspidum reprobis, *ibid.* 2.  
Reverentes audire severe puniuntur, 129. 2.  
Eius enocmia, *ibid.*  
Audiendi quanta debet esse aviditas, 151. 1.  
Verecundia similis fragmini mali punicis, 50. 2.  
Virginem decet, *ibid.*  
Victoria de infidelibus h. Virginis opo refertur, 357. 1. 2.  
Victoria per h. Virginem obtinetur, 459. 9.  
Victoria de Turcis Virg. intercessione reportata, 178. 2.  
Vindicta h. Virg. 441. 2.—444. 2.  
Virgines sunt familiae Regis coelestis, 45. 1.  
Virgines decet verecundia, 51. 1.  
Virgines commutantur in angelos, 55. 1.  
Virginitas illis significatur, *ib.*  
Virginitas maxima cum difficultate servatur, *ibid.*  
Virginitatem tuenti puelle, caput abscessum, a Virgine restituitur, 422. 2.  
Virtus laudata quaeenam crescat, 107. 1.  
Virtutes sunt veluti exercitus quo Dei cor expugnetur, 48. 1.  
Vitae periculum liberat devotio in h. Virginem, 400.—401.  
Vitae periculum evadit Theodosius Caenobiarca auxilio Virginis, 428. 1.  
Alter, 452. 1. 2.—455. 2.—441. 2.  
Vota h. Virg. reddenda quam primum, 350. 1.  
Unio maxima inter Matrem et Filium, 59. 1.

gmentum debet indubitanter velle. At Dei gloria (de accidentali loquimur) magis ex hominum salvatione, quam ex damnatione derivatur, uti superius innotuit. Ergo benedicta Virgo vult hominum salutem: quae salus, cum consentientibus Patribus, et praecipue divo Bernardo, non solet obtineri, nisi ipsa mediane; sequitur quod si Deipara vult Dei gloriam, non debet illi desse voluntas auxiliandi hominibus. 3. Qui catholicus est, fateatur oportet, Christum, non pro solis iustis et praedestinatis, sed pro omnibus mortuorum esse. Deipara vero, quae Christo cooperata est in redemptione humani generis, pro omnibus et singulis etiam hominibus suam voluntatem et consensum divino nuncio praebuit: pro omnibus Christum in lucem edidit et nutrit; ac iuxta crucem pro omnibus Filium suum aeterno Patri obtulit. Ob titulum igitur et characterem *Concedentis* debet benedicta Virgo velle omnes adjuvare. 4. Posito quod h. Virgo constituta fuerit Mater Christifidelium, desiderare debuit spirituales foecunditates: et quemadmodum Rachel haec verba ad Jacob virum suum dirigebat (*Gen. c. 30. v. 1*): *Da mihi liberos, alioquin moriar*; sic, et multo magis, sanctissima Dei hominumque Parens debet velle foecundari spiritualiter; ac proinde debet velle succurrere et auxiliari filiis, quos in corde suo parturit. 5. Denique ob bonum filiorum non debet illi desse voluntas ad auxiliandum. Quaeenam bona mater potest non velle filiorum suorum bonum? De Agrippina Neronis matre memoriae prodium est, quod cum quidam vaticidius viri illam praemonisset, quod si Nero filius suus imperator evasisset, eam occisurus esset; ipsa respondit: *Occidit me, modo imperet*. Immo etiam inter bruta tantum amorem matrum erga filios legimus, ut mortem oppetere saepe non dubitent, quo filios a mortis periculo liberent. Cur autem ad haec argumenta recurrant, cum apud Isaiam idipsum eleganter doceatur (*cap. 49. v. 13*): *Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? Ergo si Deipara, qua hominum mater, debet eos diligere, debet etiam illos adjuvare.*

15. Non sine causa superius dixi, Deiparam debere velle homines adjuvare, nam debet velle Deum diligere. At ex d. Thoma (2. 2. q. 25. art. 1) dilectio Dei dilectionem proximi includit et importat: unus enim idemque est habitus charitatis, quo diligitur Deus et proximus. Si igitur beatissima Virgo debet proximos diligere, debet etiam eos adjuvare: auxilium enim in amore fundatur: nec dici potest, aliquem vere diligere, si in necessitatibus non succurrat illum, quem diligit: unde divus Iohannes in 1. epistola (c. 3. v. 17) inquit: *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, et claverit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

16. Quodammodo tenetur Deipara Christifideles adjuvare, ob abundantiam suae gratiae. Indubium est, ipsam salutatum fuisse ab Angelo *gratia plenam* (*Luc. cap. 1. v. 28*); negari item nequit, ipsam cumulatissime possedisse divitias virtutum, donorum, et gratiarum, quae unquam aliis creaturis concessa legantur: unde

COPPOLA de tit. B. M. V.

ei aptantur illa verba (*Prov. c. 1. v. 20*): *Multae filiae congregaverunt divitias; tu supergrata es universas*. Verum quanto quis dior est, tanto abundantius debet bona sua indigentibus communicare, iuxta praecipuum quod senior Tobias dabit filio suo (*cap. 4. v. 9*): *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue*. Cum igitur beatissima Virgo sit locupletissima, et nos pauperuli, et auxilio indigentes; debet proculdubio nos adjuvare de suis abundantias.

17. Ratione gratitudinis benedicta Virgo quodammodo tenetur ad auxiliandum Christifidelibus. Ipsa enim hominibus multum debetrix est; et quidquid habet magis, propter homines habet. Re quidem vera, maxima eius dignitas, propter quam tot dona et charismata ei collata fuerunt, est divina maternitas. Ad hanc dignitatem propter homines obtinuit. Verbum enim Patris ad redimendos homines in ea caro factum est. Unde recte Bernardinus de Busio (*in Marial. p. 3. serm. 3. §. 1*) inquit: *Deipara est humano generi debetrix, veluti benefactus benefactori*. Igitur quodammodo obligata est ad succurrendum hominibus, secundum Iuristarum principium (*leg. Metum*): *Aequum est, ut si habeas bonum propter me, rependas mihi, ut et ego etiam habeam propter te*. Haec rationem tangit divus Augustinus (*in quod. serm.*) dicens: *O Maria, multum audeo, multum gaudeo; multumque gaudium meum de te, causasti mihi avaritiae est pro me*. Et paulo inferius: *O Maria, nos tibi, teque nobis mira vicissitudo confederat; ut scilicet pro nobis habeas quidquid es; nos vero per te id esse quod sumus*. Si enim nulla processisset nostra transgressio, non esset segula nostra redemptio; et si necessarium non esset redimi peccatorem, non esset necessarium parturire Redemptorem. Ut quid enim fieret Mater Salvatoris, si nulla esset indigentia salutis?

18. Denique indoles generosa animi, et dignitas Matris Christi Deiparam ad auxiliandum inducit. Re quidem vera ipsa progenita est ex regali progenie: clementia autem solet esse ingenta regali et nobili animo.—Non interdicatur nobis flosculum unum Aegypti haec ad veri Dei sanctuarii ornatum adhibere.—Ovidius ethnicus poeta sic cecinit (*de Pont.*):

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

Quod vero ad dignitatem Matris Christi attinet, sciendum est, opus incarnationis Verbi Dei, quod ea mediante effectum est, opus excellentissimae pietatis et misericordiae fuisse. Merito igitur divus Bernardus (*in ser. de Annunc.*) inquit: *Quantum viscera illa virtus pietatis affecit, et ad succurrendum hominibus fecit, in quibus per novem menses divina pietas requievit! Divina profecto pietas ante eius mentem, quam ventrem implevit; et cum ab eius utero processit, ab eius animo non recessit.*

Haec argumenta sufficere possunt quantum ad primam huius tractatunculae partem, nempe relate ad personam auxilium impertientem.

## II.

Auxilium Deiparae inspicendum est respectu ad illud recipientes.

I. Si quaeratur quorumnam Deipara auxiliatrix sit, nos uno verbo respondebimus: Omnium, et cunctorum. Eva siquidem mater cunctorum viventium interpretatur; at potiori iure beata Virgo cunctorum viventium Auxiliatrix nuncupari potest. Merito igitur ipsa comparari potest piscinae probatae, uti eam appellat Petrus Blesensis, qui inquit (*serm. 1. de Adv. Dom.*): *Maria est piscina probata, in quam magis consilii Angelus descendit; et nota est aqua, cum ad salutationem turbata est, et sanatus est unus, idest humanum genus. In hac piscina, uti legitur in Evangelio divi Ioannis (cap. 5. v. 2): Iacebat multitudo magna languentium, cocorum, claudorum, expectantium aquae motum.— Per hanc Probaticam beatissima Virgo, uti innuimus, intelligi potest: nam Probatica Graeca vox est, idem significans quod pecuaria vel ovina; *πηλαγία* enim significat ovis. Ita dicta fuit haec piscina; tum quia erat iuxta portam adiacentem templo, per quam introducebantur oves maculandae; tum quia oves vesperae et mane Deo sacrificandae ibi congregabantur et abluabantur (*vid. a Lapid. sup. cap. 5. Ioan.*). Verum beata Virgo optimo iure Probatica nuncupari potest: nam 1. per eam introductus fuit in mundo ille, qui in agro paschali, ab Hebraeis in exitu de Aegypto immolatus, praefiguratus fuit (*Exod. c. 13.*) ille, inquam, de quo Isaias sic vaticinatus fuit (*cap. 53. v. 7*): *Sicut agnus ad occisionem ductus; et ille tandem, qui sic indicatus fuit a Praeconsore in Iordane (Jo. cap. 1. v. 36): Ecce agnus Dei. 2. Deipara Probatica nuncupari potest etiam respectu hominum, qui, si ve boni, sive peccatores sint, agni seu oves possunt appellari. De bonis habemus in Evangelio (*Luc. c. 10. v. 3*): *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos; de peccatoribus vero memoratus Isaias dicit (cap. 53. v. 6): Omnes nos quasi oves erravimus; et David (Psalm. 118. v. 176) subiungit: Erravi, sicut ovis quae peritit. Verum nos, qui dei populus sumus, et oves pascae eius (Ps. 94.) apud mysticam Probaticam Deiparae congregamur, ut eius auxilio muniri, a sordibus nostris ablumari, et veluti oves sacrificemur, et offeramus nos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem (ad Rom. cap. 12. v. 1).— Praeterea sciendum est, hanc piscinam Hebraice denominari *Bethsaida*. Divus Hieronymus (*in loc. Hebr.*) *Bethsaida* legit *Bethsada*, idest domus effusionis, eo quod in illa piscina effunderentur aquae pluviarum. Quis autem Deipara convenientius *Bethsaida*, uti ipsius Deiparae appellari potest, quippe quia in ipsius immaculatum cor tot et coelo plentium gratiarum aquae effusae sunt, ut gratia plena ab Angelo salutari poterit (*Luc. c. 1. v. 27*).— Denique Syrus *Bethsaida* legit *Beth-Chesda*, idest domus misericordiae; et etiam sub hoc respectu bene congruit beatissimae Virgini memorato nomine donari, quae ab Ecclesia *Mater misericordiae* salutaris***

(*in Salc. Regin.*); quaeque, uti perbelle inquit Angelicus Doctor (*in praef. ad apist. Canon.*), *dimidiam partem regni impetravit, ut ipsa sit Regina misericordiae, sicut et Christus est Rex iustitiae.*

Adhuc paulisper super eandem figuram Probaticam insistamus.— *Angelus Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebat aqua. Angelus idem est ac nuntius, sive missus, teste divo Gregorio Pontifice (hom. 34 in Eoan.).* qui inquit: *Angelorum vocabulum nomen est officii, non naturae. Apostolus autem advertit (ad Galat. cap. 4. v. 4), quod ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum; qui propterea magni consilii Angelus iure merito salutaris. Hic autem adeo movit aquas gratiarum mysticae Probatae, nempe Deiparae, ut ex illa magna multitudine cocorum, claudorum, aridorum, non solum qui prior descendisset in eam, quolibet anno dumtaxat, idest in festo Pentecostes (*vid. a Lapid. sup. hunc loc.*); sed omnes et singuli Christiani fideles, qui sive spiritu, sive corpore sunt infirmi, aut quomodo cumque indigent, eas experiri et nancisci possint auxilium.*

2. In libro Ecclesiastici haec verba leguntur (*cap. 24. v. 19*): *Quasi oliva speciosa in campis. Optime autem beatissimae Virgini accommodantur, et denotant auxilium, quod ipsa omnibus Christianis fidelibus impendit. Oliva nuncupatur 1. quantum ad fructum, ex quo oleum efficitur. Quis autem ignorat, oleum misericordiam adumbrare? Re quidem vera divus Isidorus (*lib. 17 etymol.*) inquit: *Surgit oleum in pabulum luminis, in alimentum ignis, in medicinam vulnerum, et in refectioem esurientium.* At si quis in tenebris versatur, beatissima Virgo est oliva, ex qua depromitur oleum, quod, secundum Bernardinum de Busto (*part. 9. serm. 1. assim. 7*), in lucerna nostrae mentis ponitur ad illuminandum, et adjuvat ut ad Dei cognitionem perveniamus; unde in eodem libro Ecclesiastici (*cap. 24. v. 24*) ipsa de se inquit: *Ego Mater agnitionis; et paulo post subiungit (v. 44): Quoniam doctrinam quasi antelucanum illuminatio omnibus... et illuminabo omnes sperantes in Domino.— Oleum hoc in candelabro cordis nostri adhibetur ad nutriendum flammam divinae charitatis; unde ipsa in memorato textu sic loquitur: Ego Mater pulchrae dilectionis.**

— Oleum hoc infirmis pharmacum est, omnibusque malis medetur; unde a sancta Ecclesia (*in litan. Lauret.*) *salus infirmorum salutaris; et d. Ioannes Damascenus (in serm. de dormit. Virg.)* in eius os haec verba ponit: *Ego quasi officinae medicinae aegrotantibus; ego fons perennis curationum.— Denique oleum hoc adhibetur ad cibum condimentum; et propterea Deipara Virgo est famelicorum auxiliatrix: ipsa enim recte dici potest mulier illa fortis, de qua in Proverbiorum libro (*cap. 31. v. 14 etc.*): *Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque praedam domesticis suis, et ebriaria ancillis suis etc. Re quidem vera nonne Deipara de hongo, idest de coelo, invexit in sanctam Ecclesiam pauem vivificum, nempe Christum, quem qui gustaverit, mortem non videbit in aeternum?**

Convenientius ad nostrum argumentum, nunc

considerare ne pigeat olivam quantum ad arborem. Re sane vera Deipara dicitur (*Ecl. cap. 24. v. 19*): *Quasi oliva speciosa in campis. Doctissimus a Lapid. (sup. hunc loc.)* observat, quod idcirco beata Virgo dicitur *Oliva in campis*, quia auxilium eius est universale, et quia omni tempore et loco, ac pro omni mortuorum genere, quasi Mater misericordiae omnibus eam invocare volentibus, ad optulandum est exposita. Adhaec (prosequitur a Lapid.) *in campis dicitur, nam nobis viatoribus, tentationum aestu, tanquam solis ardore, afflictis, in campis apertis, ubi similes arbores desunt, optatum suo umbraculo praebet refrigerium.* Re quidem vera distinguendae sunt olivae hortorum, et olivae camporum: ad primas non omnibus patet accessus, quippe quia horti solent esse clausi; ad alteras vero, positas in campis apertis, omnes appropinquare possunt.

3. In memorato libro Ecclesiastici haec verba habentur (*cap. 44. v. 10*): *Multi viri misericordiae, quorum pietates non defuerunt. Bernardinus de Busto in suo Mariali (part. 9. serm. 1) inquit, multos heroes quovis tempore hominibus optulatos fuisse, sed eorum auxilium quandoque fuit locale, ut Iudith, quae succurrit civitati Bethuliae, et non Assyris, quos congredit et devicit (*Iudith. cap. 8*): quandoque huiusmodi heroes fuerunt auxiliatores personales, uti Rebecca, quae adiuvit Iacob, et non Esau (*Genes. cap. 27. v. 5*): nulli heroes fuerunt viri misericordiae speciales, uti Ioseph, qui subvenit Aegypto in tempore famis (*Genes. cap. 41*); denique illi in sanctis libris occurrunt auxiliatores temporanei, quos Deus in tempore opportuno suscitavit, ut ab aliquo imminente periculo aliquem liberaret, uti Daniel, qui opportune surrexit ad innocentiam Susanna defendendam (*Dan. cap. 13*). At beatissima Virgo antonomastice supra omnes dicenda est *Mulier misericordiae*, et Auxiliatrix omnium. Auxilium enim eius non uno conlinitur loco, sed se extendit a solis ortu usque ad occasum (*Ps. 49. v. 14*); non est personale, nam apud illum non est acceptio personarum (*Rom. cap. 2. v. 11*); nec est qui se abscondat a calore eius (*Ps. 18. v. 7*): Ipsa non est adiutrix specialis, sed consolatur nos in omni tribulatione nostra (*2. ad Cor. cap. 1. v. 4*); denique auxilium Deiparae est perdurans et perpetuum: de illa enim usquequaque potest illud Ecclesiastici (*cap. 21. v. 16*): *Consilium eius sicut fons vitae permanet; illudque quod in eodem libro subiungitur (*cap. 40. v. 17*): *Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in saeculum permanet.***

4. Iam diximus, Deiparam esse hominum auxiliatricem in genere; nunc paulisper immorabimur in speciali auxilio, quod ipsa impendit. — In Canticis Canticorum haec verba habentur (*c. 4. v. 5*): *Duo ubera tua sicut duo hinculi capreae gemelli.* Richardus de S. Victore (*vidend. apud a Lapid. sup. hunc loc. Cantic.*) inquit: *Beata Virgo habet duo ubera geminae dilectionis lae fundentia, quia reis impetrat ventam, et iustis gratiam.* Sara, uti legitur in codice Hebraeo, non filium in singulari, sed filios in numero plurali laetantem perhibetur (*Genes. cap. 21. v. 7*); ad eundem modum beatissima Virgo lactat,

ut amantissima mater, et iustus, et peccatores, eisque auxiliatur.

5. EST AUXILIATRIX IUSTORUM. I. Indubium est, iustitiam amitti posse; ut autem homo a iustitiae semitis non deflectat, de fide est, necessarium esse gratiae auxilium speciale. Huiusmodi gratiae auxilium nobis profecto non derivatur, nisi ex Christi redemptione. At ex Patrum et Doctorum consensu exploratum est, nullam gratiam ex Christo profluere, nisi Deiparae mediante. Si igitur iusti perseverantiae donum habent, ipsum a beatissima Virgine auxilio proculdubio repetunt: unde divus Bernardus recte dicit (*in serm. 3 de Nativ. Virg.*): *Ipsam sequens non devias.— 2. Etiam iustorum vita indubitanter militia dicenda est, lesante lob (*cap. 7. v. 1*): *Militia est vita hominis super terram: militia, inquam, ad intra, propter concupiscentias, quae licet peccatum non sint, ad peccatum tamen inclinant (Conc. Trid.); quaeque captivum hominem in lege peccati (Rom. cap. 7. v. 23): militia ab extra, propter tentationes multas, praesertim diaboli adversarii nostri, qui semper circuit quaerens, quem devoret (1. Petr. cap. 5. v. 8). Verum, quoniam pacto fortis evadere poterimus in bello? Non nisi per eam, quae illud Proverbiorum usurpare potest (*cap. 8. v. 14*): *Mea est fortitudo.* Auxilium nostrum ab illa Domina, quae, uti legitur in Canticis Canticorum (*cap. 4. v. 4*): *Sicut turris David aedificata est cum propugnaculis: mille clipeis pendet ex ea, omnis armatura fortium.— 3. S. Germanus (orat. de Deip.)* ad demonstrandum, quod beata Virgo est auxiliatrix iustorum, hanc similitudinem affert: *Sicut respiratio non solum est signum vitae, sed etiam causa; sic Mariae adiutorium, quod ipsa iustis tribuit, argumentum est, quod vere vivant, vitaeque ipsam conservent.— 4. Denique in libro Ecclesiastici (*cap. 24. v. 16*) legitur haec verba, quae Virgini benedictae accommodantur ab Ecclesia: *In plenitudine Sanctorum detentio mea.* Super quae verba divus Bonaventura (*in Speculo*) ait: *Ipsa non solum in plenitudine Sanctorum detinetur, sed etiam in plenitudine Sanctorum detinet, ne eorum plenitudo minuat.****

Eia igitur, iuste, quisquis tu sis, beatam Deiparentem illa Sapientiae verba proferentem audi (*Prov. cap. 4. v. 11*): *Viam sapientiae monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis; quam cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens, non habebis offendiculum.*

6. AUXILIATRIX EST PECCATORUM. Divus Ioannes in libro Apocalypsis haec scripsit (*cap. 12. v. 1*): *Signum magnum apparuit in coelo, mulier amictu sole, et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stellarum duodecim; et in utero habens, clamabat parturientis, et cruciabat ut pareret.* Haec verba proculdubio Deiparae aptari possunt. Doctissimus a Lapid. (*in hunc loc.*) observat, beatissimam Virginem lunam sub pedibus habere, quia sicut luna benigno influxu plantas et animalia vegetat; ita beata Virgo fideles tam iustos, quam peccatores suam opem implorantes benignè complectitur, gratiam impetrat, ad salutem provehit: est enim ipsa mater misericordiae. Verum quandonam ipsa cruciata est ut pareret? Forsan cum Christum filium

suum benedictum in Incem edidit. Minime quidem: nam ipsa sine dolore enixa est Salvatorem. Profecto igitur huiusmodi cruciatus ipsa quodammodo possit, cum peccatoribus ad gratiam per suam auxiliam, et validissimam intercessionem parturit. Unde peccator appellari potest *Benoni*, id est *filius doloris* (*Genes. cap. 33, v. 18*); et Deipara ipsa, potiori iure, quam Apostolus Paulus, ad peccatores conversa dicere potest (*Galat. cap. 4, v. 19*): *Filii mei, quos videram parturire, donec formetur Christus in vobis*.

Adhaec aliam rationem subnectere abs re non erit, propter quam Virgo benedicta peccatoribus auxiliatur, nempe quia ipsa idea evecta est ad dignitatem Matris Dei, ut peccatores redimerentur. Unde in quodam hymno antiquae liturgiae legebatur haec strophæ:

Non abhorres peccatores,  
Sine quibus nunquam foret  
Tantum digna Filio.

7. Notata digna sint illa verba regii Psalms (*Ps. 86 v. 4*): *Memor ero Rahab, et Babyloniam scientiam me. Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopia, hi fuerunt illi. Hic Psalmus ab Ecclesia adhibetur in liturgia festivitatum Deiparae, et optimo iure eidem accommodatur. In allegatis autem versibus mentio fit Rahab, Babylonis, alienigenarum, Tyri, et populi Aethiopiae. Divus Ambrosius (*de rd. lib. 5, cap. 4*), divus Augustinus (*in Ps. 86*), Theodoretus (*sup. memor. Psal.*), alique, per hos omnes intelligunt peccatores. Deipara autem illum patrocinium suscipit, eisque auxiliari promittit per memorata verba Psalmi: *Memor ero*. — Verum observandum est, beatissimam Virginem ordinari auxiliatricem esse, sed volentem se emendare, et ad summum patrocinium confugientiam; equidem post verba: *Memor ero etc.* subiungit, *scientiam me*; quasi dicat (*vid. Trin. sup. mem. Ps.*): *Nummodo peccatores sciant, cogitant et agnoscat me (memor autem revera ipsam colit, nisi serio velit se emendare), ego vicissim eos agnoscam, et illorum memor ero*.*

8. QUODAMMODO DEIPARA DICI POTEST AUXILIATRIS IPSIUS DEI. Re namque vera, quamvis Deus non indigeat auxilio cuiusquam, cum sit omnipotens; tamen indubium est, ipsius accidentalem gloriam augeri posse. At haec gloria quam maxime Deo provenit ex incarnatione Verbi, et procuratur adhuc per hominum salvationem. Verum in his duobus, unde maxima Dei gloria derivatur, efficaciter et excellentissimè concurrunt Deipara Virgo. Incarnationis nomen in eius utero virginali, ipsa consentiente, perfecta est; salus autem hominum, ex demonstratis, concedi a Deo non solet, nisi ipsa mediante. Aperte igitur divus Cyrillus inquit (*in quod. serm.*): *Per te, o Deipara, Trinitas sanctificatur, per te exultat coelum, laetantur Angeli, et homo ipse coeli exultat ad coelum revocatur*.

9. ETIAM ANGELOREM, SUB ALIQUO RESPECTU, BENEDICTA VIRGO AUXILIATRIS DICI POTEST. Iam superius (*ad tit. S. Mariae Amoris*) exposuimus sententiam docentem, Christum meruisse Angelis gratiam, quam habuerunt, et gloriam, quam fruuntur. Diximus etiam, Christum caput esse

Ecclesiae; ac proinde etiam Angelorum, qui ad Ecclesiam triumphantem pertinent. Sed Christus non solum ex Maria Virgine nasci voluit, sed etiam quiddam gratiae et gloriae tum hominibus, tum Angelis contulit, totum mediante Deipara operatus est. Ergo benedicta Virgo Angelorum auxiliatrix nuncupari potest, saltem quoad gratias accidentales, quae consecratoria quaedam sunt incarnationis. Haec omnia iam ad paginam XI. huius promptuarii fuisse exposuimus. Nunc sequentia addere abs re non erit. 1. Deiparae auxilio mediante, Angelorum sedes restaurari: unde Idiota dicit (*lib. de Virg. Mar. cap. 4*): *Ad haec omnia fecit te Deus, Virgo Maria, ut ex tuo benedictio fructu angelica natura repararetur; et beatus Petrus Damiani (*serm. de nativ. Virg.*) subiungit: Per hanc beatissimam Virginem, non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelicae sublimitatis augetur, quia illorum numerus, qui diminutus fuerat, reparatur. 2. Multum accidentaliter gloriae Angelis derivasse ex ministeriis praestitis benedictae Virginis, dum adhuc in terris ageret. 3. Etiam nunc in caelestibus Ierusalem magnum gloriae accidentaliter pondus Angelis ex intuitu pulcherrimae et gloriosissimae Virginis accedere; adeo ut recte dicat Carthagina (*hom. 18. de Assumpt.*): *Id certum et indubitatum est, nullo obiecto, praeter beatissimam Trinitatem, plenius delectari Angelos, quam humanitate Christi, et Genitrice eius. Quid ergo mirum, si Richardus (*lib. 10 de laud. Virg.*) dixerit: Maria data est Angelis ad delectationem, ad auxilium, et ad restorationem?**

10. DEIPARA AUXILIATRIS EST CLERI. Illa verba Ecclesiastici: *Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei haereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea, proculdubio de Deipara intelligi possunt, quae per suam amorem et patrocinium profundas radices egit in populo honorificato, hoc est in Clero: quis enim populus Clero honorificatus? In illo, inquam, populo radicavit, qui in parte Dei sui posuit haereditatem suam; dixit enim (*Ps. 15. v. 5*): *Dominus pars haereditatis meae. Denique in plenitudine sanctorum detentio beatissimae Virginis, hoc est in plenitudine clericorum, de quibus, potiori iure quam de ordine Levitico veteris testamenti, scriptum est (*Levit. c. 21. v. 6*): Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen eius; incensum enim et panes offerunt. Igitur sanctissima Deiparae optimo iure Auxiliatrix Cleri salutari; unde Ecclesia (*in Litan. Lauret.*) reginam Apostolorum illam nuncupat; nunc illam sic alloquitur (*in antiph. Breviar.*): *Sancta Maria... interveni pro clero*.**

Ut propositam thesim demonstrare valeam, duas propositiones statuo. 1. sanctissimam Deiparam quodammodo teneri ad auxilium Clero praebendum. 2. ipsam de facto auxiliatricem Cleri partes egregie implevisse, et adhuc implere. — 1. Quodammodo tenetur ad auxilium Clero praebendum, nam—1. originem ipsa ducit, non solum a Davide, sed etiam ab Aaron; et idcirco pertinet ad genus sacerdotale veteris legis; haec autem lex, uti omnes

noscunt, umbram habebat futurorum. Consuli potest divus Thomas (*3. par. qu. 31. art. 2*), qui demonstrat, quomodo simul ex David, et ex Aaron originem ipsamet beata Virgo ducat; unde cognata erat Elisabeth, Zachariae sacerdotis uxoris—2. Eadem vera Mater est Iesu Christi summi et aeterni sacerdotis, et futurorum honorum Pontificis; ac proinde intime eidem unita, dicente Augustino (*serm. de Assumpt.*): *Cara Christi cura Mariae*; et sanguis Deiparae sanguis summi Sacerdotis. Potestne dari coniunctio maior, quam illa quae adest inter ipsam et Clerum, qui participat de eodem Christi sacerdotio? — 3. Ulterius ipsa sanctissima Dei Genitrix a Patribus quodammodo reputatur pars Cleri. Beatus Albertus Magnus (*sup. Missus est c. 157*) inquit: *Deipara est Apostola, quae habuit apostolatam in summo. Divus Thomas a Villanova subiungit (*in serm. de Purif.*): Beatissima Virgo est magistra apostolorum omnium, et discipulorum Christi, et simul Ecclesiarum omnium. Re sane vera ipsa apostolatam exercuit in ordine ad oblationem viciniam, ab illo praesertim tempore, quo filium suum Iesum in templo Ierosolymitano praesentavit. Audiamus laudatum divum Thomam a Villanova, qui (*loc. cit.*) ipsam sic Deo Patri alloquentem inducit: *Suscipe oblationem hanc, quam tibi offero pro toto mundo ego ancilla tua: suscipe communem Filium, tuum ab aeterno, meum in tempore: suscipe nunc de manibus ancillae tuae sacrosanctum hoc sacrificium matutinum, tibi quondam in crucis brachiis offerendum in sacrificium vespertinum*—4. Denique si sacrificium institutum est non solum pro Christi reali corpore consecrando et offerendo, sed etiam pro Christi corpore mystico, nempe ut redemptionis fructus modo applicetur, benedicta Virgo, quando Angeli legationis assensum praebuit, quodammodo se obligavit ad concurrendum non solum ad incarnationem, sed etiam ad applicationem fructus eiusdem incarnationis in favorem animarum. Ob allegatas ergo rationes sanctissima Virgo aliquo pacto tenetur ad auxilium Clero praebendum.*

Nunc altera pars demonstranda restat, nempe Deiparam de facto auxiliatricem Cleri partes egregie semper implevisse, et adhuc implere. — 1. Has partes exercuit, dum in terris mansit, ab eo potissimum tempore, cum in persona Ioannis apostoli, totius Cleri a Iesu Christo filio suo Mater constituta fuit (*lo. cap. 19. v. 27*). Implevit hoc munus post Christi ad caelos ascensionem; inquit enim beatus Amedeus (*hom. 7. de laud. Virg.*): *Voluit Iesus, ut ipso revertente ad Patrem, apostoli materna Deiparae eruditione fruerentur, qui licet docti essent a Spiritu sancto, ab illa etiam edoceri potuerunt, quae solem sapientiae in ventre gestavit. Hoc munus implevit, quando, testante sancto Ildelfonso (*serm. 3. de Assumpt.*), apostolorum conventus ipsa nobili contubernio adhaerebat; cum illis specialius conferebat, ut ab ea ipsi discerent, et lucidius aliis enarrarent. — Denique ergo Clerum manus auxiliatricis exercuit, cum, testante Methodio (*in Hypopant.*), ipsa lapsos apostolos colligebat, afflictos solabatur, titubantes solidabat, dubios confirmabat*—2. Verum etiam

post suam assumptionem in coelum partes auxiliatricis Cleri mirifice implet Deipara. Quoniam autem immensae molis opus esset in specie thesim enucleare, sat erit si eam in genere demonstremus, et pauca tantum de eius speciali patrocinio ergo Clerum delibemus. Ipsa adiuvat, ut illa hostia, quam in suo utero sanctissimum primum oblata fuit, a Deo Patre in odorem suavitatis suscipiatur; quando sacerdotes clavibus utuntur sibi a Christo collatis, ipsa, quae est animata *tanquam coeli* (*Ecl. in Litan. Lauret.*), aperiri ab istis se sinit, ut peccatores conversi per ipsam ingrediantur: Clero datum est ut devios, gratia adiuvante, ad rectum salutis tramitem perducant; verum id assequi non poterit, si sum concursum non posterit illa, quae (*Ecl. cap. 24. v. 2*), superborum colla sua circum calcavit. Denique Clerus adiuvat ut haerese disperdat; ut Deipara adiuvat ad hoc opus, quia ipsa cunctas haerese sola interemit in universo mundo (*in liturg. Breviar.*). Ad rem ergo Damascenus sic ipsam alloquitur (*orat. 1. de nativ. Virg.*): *Seio Domina, quia amas Clerum amore invincibili et ineffabili*. — At hic amor non se extendit tantum ad praesentem vitam, sed praecipue aeternitatem respicit, cum beatissima Virgo Clero suo patrocinio commisso, eius praecordia exantant, promiserit vitam aeternam (*Ecl. c. 24. v. 31*): *Qui elucidat me, vitam aeternam habebunt*.

Quoad specialia exempla auxilii beatissimae Virginis ergo Clerum attinet, pauca seligimus. Divo Gregorio Neocaesariensi antistiti beatissima Virgo in visu praemonuit, ne Origenis erroribus participaret (*ex Sporell.*): divum Nicolaum Myrensem Episcopum, iam a Patribus Nicaeae synodo sua cathedra, ex errore, depositum, coelestis auxiliatrix peramanter defendit (*in Stud. in vit. s. Nicol.*): sanctum Ildelfonsum Tololanum antistitem, Deiparae virginitatis strenuum defensorem, nonne ipsamet sacris vestibus decoravit? (*lo. Mar. 1. de reb. Hisp. c. 10*): Fulbertum Carnotensem praesentem, in gravi infirmitate ardentem silentii, suo purissimo lacte enutrivit, et sanitati restituit (*Baron ann. 1010*) Anselmo Cantuariensi in foveam prolapsi, amantissima Domina manum ad surgendum porrexit (*Surius 25. apr.*): cum Theodoro Anastasiopolitano pontifici venenum propinatum fuisset, sanctissima Domina antidotum porrexit (*id Surius in eius vita*): denique divo Hyacintho ordinis Praedicatorum animam agenti, Deipara visibiliter occurrit, ut eum ad coelestem patriam deduceret, simulque adstantibus dixit: *Vado ad montem myrrae cum Hyacintho meo (in eius vit.)*.

11. DEIPARA EST AUXILIATRIS VIRGINUM, AC PRAESERTIM MONIALIUM. — In Psalmo 44. de dolibus Reginae, per quam Deipara profecto intelligi potest, sermo instituitur (*vers. 10*): *Astitit regina a dextris tuis etc.* deinde ipsa etiam filia regis nuncupatur (*vers. 14*): *Omnis decor eius filiae regis ab intus: praeterea dealis virginibus post illam regi praesentandis mentio fit (*vers. 15*): *Adducatur regi virginis post eam; proximae eius afferentur tibi: afferentur in laetitia et exultatione, adducentur in templum regis*. Haec om-*

nia de beatissima Virgine intelligi posse, nemo est qui ambigat. Patris aeterni Regis regum ipsa est primogenita filia. Sed est etiam omni iure regina: talis est iure naturali, ut pote quae a regibus processit clara et stirpe David (*Ecl. in antiph.*); regina est etiam, quia vera Mater eius, qui aetate ulla dubitatione rex est; exploratum est autem, quod *partus sequitur ventrem*; sic ergo partus regius, et venter regius. Est regina etiam iure belli, tum quia ipsa caput serpentis contrivit a primo immaculatae suae conceptionis instanti; tum quia ipsa arma, scilicet humanam naturam, suppedilavit Filio, ut *expiaret principatus et potestates*. Demum regina est iure electionis tum divinae, tum humanae. Hinc Patres et Ecclesia unanimiter eam tali titulo condecorant. Unus inter omnes sufficit divus Ephrem, qui (*orat. de B. V.*) eam *inceptat dominam, principem, atque reginam praestantissimam, . . . reginam cunctis sublimiorem*. Ecclesia vero tali titulo illum consulat; *Salve regina*. De ipsa igitur intelligi optime possunt memorata verba Psalmi.

Verum Deipara non solum est regina, sed regina et auxiliatrix virginum, et praecipue monialium, tum quia suo exemplo ceteris virginibus et monialibus praevius; tum quia ipsa suo patrocinio virgines, monialesque adiuvat.

De Deiparae virginitate nemo inter catholicos dubitare potest. Divus Lucas in Evangelio (*cap. 1. vers. 27*) Angelum legationem describens, illum missum dicit ad Virginem desponsatam, cui nomen erat Ioseph. Desponsata autem ipsa erat, non per simplicem promissionem matrimonii de futuro, sed per verum matrimonium iam contractum, licet non consummatum, et nunquam consummandum (*vid. a. Lapid. sup. e. 1. Matth. v. 18*). Quod autem ad nuptia obligata esset ex voto ad virginitatem servandam, praeter alia, eruitur ex suis ipsis stupore ad verba Angeli: *Ecce concipies*: non habuisset enim unde miraretur, si per matrimonium usum posset concipere: ita divus Anselmus (*in verb. Evang.*) intravit Iesus in quodam caestellum). Adhaec, cum dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*, Angelus potuisset replicare, si necisset illius votum: Si non cognovisti, cognosces; et tunc concipies et paries. Inquit autem Deipara: *Non cognosco*, quasi diceret: impedire cognoscere, quia me voto servandae virginitatis obstrinxit. Ita hunc locum interpretatur divus Augustinus (*1. de virgin. tom. 6*), d. Gregorius Nyssenus (*orat. de Christi nativ.*), d. Bernardus (*hom. 4. sup. Miss.*), ven. Beda (*in Ev.*), Rupertus (*1. 3. in Cant.*) etc.

1. Benedicta Virgo suo exemplo anteit et auxiliata est ceteris virginibus, ac praesertim monialibus. — Anlequam ipsa candidissimum virginitatis efferret vexillum, virginitas nedom in honore non erat, verum etiam in opprobrio habebatur. Hinc filia Iephte in aetate nubili moritura a patre enixe petiit, ut virginitatem suam per duos menses deflere posset (*Judic. cap. 11. v. 37*). Apud Isaiam (*cap. 4. v. 1*) septem mulieres apprehendunt unum virum dicentes: *Pancem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur; tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium no-*

*strum*. In Exodo habetur (*cap. 23. v. 26*): *Non erit in foecunda, nec sterilis in terra tua; et Deuteronomii (c. 7. v. 14): Non erit apud te sterilis utriusque sexus*. At postquam beata Virgo Maria vexillum extulit virginitatis, mox ingens agmen virginum congregatus est in Ecclesia Dei. Dixi, quod prima fuit Deipara in virginitatis vexillo extollendo, prima, inquam, et tempore, et dignitate, uti sancti Patres testantur. Paucos, brevitalis gratia, seligimus. Origenes (*in cap. 13. Matth.*) inquit: *Arbitror rationi consentaneum esse, virilis quidem puritatis in castitate primitus fuisse lesam, muliebris vero Mariam*—S. Idefonsus Toletanus subiungit (*serm. 5. de Assumpt.*): *Optimam partem elegit Maria, quia prima omnium feminarum Deo virginitatem obtulit*. Unde divus Ambrosius illum nuncupat (*de inst. virg.*) magistram virginitatis; divus Epiphanius (*haeres. 78*) principem virginitatis; divus Idefonsus paulo ante citatus (*serm. 1. de Assumpt.*) fastigium omnium virginum: *Idiola (c. 6. contempl. 1.) virginitatis principium*; et divus Bernardus (*sup. Sign. magn.*) virginum principem. Praeterrittenda autem non est doctrina Angelici doctoris, qui, uti nuper diximus, Deiparam voto se obstrinxisse ad hanc virtutem servandam, cum omnibus Patribus et theologis catholicis tenens, sic inquit (*3. p. q. 28. art. 4*): *Perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur. Virginitas autem in Matre Dei praecipue debuit polleere, et ideo conveniens fuit ut virginitas eius voto esset Deo consecrata*. Non debet autem in sanctissima Deiparente deesse virginitas, quae ad perfectionem pertinet, ut facile est demonstrare; cum ipsa perfectissima fuerit creaturarum; et insuper, ut innuimus, ad maiorem perfectionem opus fuit ut virginitatem voto obfirmaret. — Scio, ante Deiparam celebrari virginitatem Eoliae, Melchisedec, trium purorum, Mariae sororis Moysis, et ipsarum ethnicarum Sybillarum et Vestalium; tamen omnes fatentur, ante Deiparam, neminem virginitatem voto obfirmasse.

Sed insuper sanctissima Dei hominumque Parens praeluxit exemplo ceteris virginibus, et praesertim monialibus, in claustralis vitae studio, cum vix trimula, ad claustrum Ierosolymitanum templi se libentissimam contulit, et inibi tantum commorata fuit, quamdiu divina voluntas ex illo loco ad alia ipsam evocavit. Quod si ex illo claustrum, Deo sic iubente, egressa fuit, nunquam tamen omisit in reliquo suae vitae curriculo, quantum potuit, claustralis secessus studium patefacere. — Adhaec sanctimonialibus praeluxit in paupertatis amore, praecipue in virgineo suo partu in Bethlehemico specu, quando veram illius Matrem se ostendit, de quo legimus apud Matthaeum (*c. 8. v. 20*): *Vulpes foceas habent, et volucres caelorum, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*: tunc enim, cum locus non esset ei et Sponso suo Ioseph in pauperum diversorio, in praesepio reclinauit filium suum Iesum, quem in lucem edidit. Insuper eiusdem paupertatis studium ostendit, cum in Ierosolymitano templo sacrificium pauperum obtulit, scilicet par turturam, aut duos pullos columbarum

(*Luc. c. 2. v. 24*). Licet autem alia suae heroi-cae paupertatis testimonia in libris sanetis desiderenter, facile tamen est ea depromere ex eo quod ipsa in suo Cantico Magnificat (*Luc. cap. 1. v. 46*) confessa est, cum dixit, quod Deus ipsammet suam ancillam respexit. Quis autem ignorat, quod Deus non respicit, nisi ad eum, qui saltem corde abhorreat a temporalibus opibus, testante Davide (*Ps. 10. r. 5*): *Oculi eius in pauperem respiciunt*, et dicente ipso Deo per Isaiam (*cap. 66. v. 2*): *Ad quem respiciam, nisi ad pauperem?*

Denique sanctimonialibus praeluxit in obedientiae studio. In libro 1. Regum habet sententiam Samuel Sauli docuit (*cap. 15. v. 22*): *Nunquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediat voci Domini? melior est enim obedientia quam victimae*; unde angelicus Doctor (*2. 2. q. 104. art. 2*) inquit, quod obedientia est omnium moralium virtutum praerclarissima. Deipara id optime a Spiritu sancto didicerat; et quoniam in libro Proverborum (*cap. 15. v. 28*) scriptum est: *Mens iusti meditabitur obedientiam*; idcirco beatissima Virgo, quae inter omnes creaturas rationabiles eminenter iusta erat, semper meditabatur, quomodo melius divinae voluntati per omnia obediret. In obedientia herodem se ostendit, in acceptando divinam maternitatem statim ac certa facta fuit voluntatis Dei, obedientem se exhibuit; sic licet non esset adstricta purificationis legi, voluit tamen illam implere; insuper hanc virtutem exercit edicto Caesaris Augusti descriptionem populi praecipiens obtemperando; et denique, quando ad Angeli monitum Iosepho suo sponso patefactum in somno, statim fugam arripuit, et Aegyptum petiit. Memoranda est Abraham obedientia, tum quando Dominus illi praecipit (*Genes. cap. 12. v. 1*): *Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi*; tum praecipue quando illi dixit (*Genes. c. 22. v. 2*): *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et cede in terram visionis; atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi*; sed longe praestantior fuit Mariae obedientia, tum ratione sexus et aetatis, nam ille erat vir aetate provecus, Deipara autem tenera virgo; tum ratione dignitatis, nam ille erat homo simplex, haec autem evecta erat ad sublimissimam dignitatem; et qui in alio gradu sunt constituti si obedientes se ostendant, magis spectabiles sunt; tum demum ratione arduitatis praecipii, si enim Abraham obtulit Isaac, Maria obtulit Iesum. Quid vero mirum si ipse Christus obtemperaverit Deiparae, et subditum se illi ostenderit? Videtur voluisse quodammodo obedientiam cum obedientia compensare. Quapropter sicut per inobedientiam primorum parentum fueramus ad aeternam damnationem condemnati; sic per obedientiam Iesu Christi (*principalter*), et Mariae, sumus ad vitam restituti; unde Augustinus (*in serm. de nativ. Virg.*) Deiparam Evae comparat, et huius obedientiam cum inobedientia illius, et inquit: *Pro inobedientia obedientia commutatur; fides pro perfidia commutatur*. — Facile ergo est intelligere quomo-

do, post hanc virginum primiceriam, vexilliferam et choriphaem, quae tum in virginitate, tum in aliis virtutibus sanctimonialibus necessariis, exempla mirifica praebuit, innumerae aliae virgines post eam adductae sint.

Verum Deipara non solum auxiliatrix est virginum, et praecipue sanctimonialium, quantum suo exemplo ad hanc angelicum statum adducit; verum etiam quia ad hoc adiuvat suo validissimo patrocinio.

Praeter argumenta superius adducta circa auxilium quod sanctissima Virgo omnibus impendit, hic breviter pauca addam. 1. Divus Petrus apostolus brevi moriturus, fideles confirmans, inquit (*2. Petr. 1. r. 13*): *Dabo operam et frequenter habere vos post obitum meum*. Doctissimus a Lapide hunc textum exponens, observat, quod Apostolorum Principes haec promittit intercessionem et auxilium post obitum suum, quasi diceret: Habebo vos in mente et memoria, et crebro pro vobis Deum orabo, ut horum monitorum meorum memoriam vobis reficere; ita etiam interprecatur hunc locum Occumenius, Salmeron, div. Petrus Damiani, Suarez, Bellarminus etc. Si ergo Apostolus auxilium suum promissit illis, quibus fidem praedicaerat, ut illam possent operibus vitam conservare; quanto magis beatissima Virgo, quae virginitatem et claustralem vitam praedicaavit suo exemplo, in caelis suo auxilio professores illarum virtutum fovabit? 2. Virginitas et claustralis professio summo prope Deo placet, et per huiusmodi virtutes Deus maxime glorificatur: agit enim non de praecipuis, sed de consiliis ad perfectionem tendentibus; cum autem Deipara debeat semper velte maiorem gloriam Dei, et Filii sui, debet etiam adiuvari, et haec gloria habeatur. 3. Percebris theologus card. Gotti (*Theol. schol. dogm. tom. 2. in 1. part. quest. 5. §. 2. n.*), cum agit de visione beatifica, inquit: *Beati vident ea quae pertinent ad proprium statum; non tamen omnia in Verbo, sed aliqua extra Verbum per relevationem et illuminationem cognoscunt*.

Si ergo status Deiparae in terra fuit virginalis; et si in omnibus virtutibus monialibus necessariis mirifice se exercuit, proculdubio in caelis videt omnes illos, qui suas virtutes student imitari. Haec doctrina eruitur etiam ex divo Thoma (*3. p. q. 10. art. 2*). Verum si quilibet beatus in caelo videt ea, quae ad proprium statum pertinent, exempli gratia, sanctus qui aliquam regularem familiam fundavit, videt illius regularis familiae necessitates, et illam suis intercessionibus adiuvat; multo magis idem dicendum est de Deipara Virgine, quae, cum non solum sit omnium advocata a Deo constituta, sed quodammodo dicitur possit status virginalis et claustralis fundatrix et primiceria, videt necessitates professorum earumdem virtutum, et adiuvat, tum ut illi qui iam illum amplexi sunt, valeant in eo laudabiliter vivere.

12. DEIPARA EST AUXILIATRIX AGONIZANTUM. Ecclesia a Spiritu sancto edocta, auxilium Deiparae pro Christianis, praesertim in extremo vitae aegone constitutis, implorat illis verbis angelicae salutationis: *Ora pro nobis... nunc et in*

hora mortis nostrae. Insuper in sacra liturgia sic illam precatur (in hymn. *Ave Maris stella*): *Iter para tutum*. Alibi haece eam alloquitur verbis (in hymn.): *Et mortis hora suscipe*.

Ex innumeris vero scriptoribus in eandem sententiam collimantibus, nouum alleramque, breuitatis gratia, seligam. Divus Hieronymus (ep. 2. ad virg. Eustoch.): *Et mortis hora beatissima Virgo non solum succurrit, sed etiam occurrit; quasi dicat, quod aliquando etiam non invocata, praesens est.* — S. Vincentius Ferrerius (in serm. de Assumpt.) subiungit: *Beata Virgo animas morientium suscipit, qui se ei deuoerunt.* — Sed quid immoror in hisce auctoritatibus exponendis, cum ipsa benedicta Virgo id promiserit et reuelaverit, uti videre est apud Blossium, auctorem non profecto infimi subseclii? (p. 2. *Concl. an. fid. cap. 2*): *Ego, inquit, omnibus, qui mihi deseruiunt, volo in morte fidelissime, tanquam mater piissima adesse, eosque consolari ac protegere.* Verum undenam Deiparae datum est, ut auxiliatrix sit agonizantium? Profecto existimandum est, quod quum ipsa extremo Filii sui agoni adstiterit, eique quodammodo, in communi derelictione, auxiliari saetergit; inde sumpsit, ut adoptiuorum filiorum in extremo agone lactantium subsidium auxiliiumque constituta sit. — Opportune igitur Romani Pontifices peculiare festum instituerant in honorem beatissimae Virginis, sub titulo AUXILII AGONIZANTIUM.

13. Hora migrationis et vita mortalibus est horribilissima: omnium enim terribilium terribilior est mors, inquit Philosophus. Terribilis, inquam, quia, ut scripsit diuus Iohannes (in Apocal. cap. 12. v. 12): *Tunc descendit diabolus, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.* Hinc recte tempus immediate mortem praecedens agonia, sive lucta nuncupatur. Verum in tanta hominis morientis viriam infirmitate, unde arma, unde auxilia ad pugnam cum inimicis nostrae salutis? Post Deum, profecto aliud auxilium potentius et validius non habetur, nisi per Mariam. Ipsa equidem est, quae cum antiquo serpente sempiternas inimicitias habuit (Genes. cap. 3. v. 8): Ipsa est illa electa, quae perhibetur in Canticis (cap. 6. v. 3): *Terribilis ut castrorum acies ordinata; et de qua Sponsus praedicauit (Cant. cap. 7. v. 1): Quid videtis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Slattim ac antem ipsa declarat, versantem in agone sub sua protectione manere, illico dissipantur et aufugiunt aduersariae potestates. — Posito autem, quod etiam non aufugiant, quia Deus certamen forte dare vult morienti, ut vinceret (Sap. c. 10. v. 12), ipse tamen sub auxilio beatissimae Virginis constitutus, illa regii Psalms verba usurpare potest (Ps. 26. v. 3): *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum; et alia (Ps. 22. v. 4): Si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* — Perbelle Hugo cardinalis (serm. de Assumpt.) dicit, morientes, et ambulantes in medio umbrae mortis consolari non posse neque a diuiliis, neque ab honoribus, neque a medicis, neque a parentibus, sed solummodo per virgam et baculum, iuxta allegata verba Psalmi. Quatenam

autem est virga, quoniam baculus? Baculus proculdubio est crux, cui innixus moriens absque trepidatione ad coelestem patriam transire potest, iuxta illud Genesis (cap. 32. v. 10): *In baculo meo transiit Iordanem.* Per virgam autem beatissima Virgo proculdubio accipienda est, uti laudatus Hugo cardinalis (serm. de Assumpt.) dicit: *Haec est illa virga, qua retunduntur impetus aduersantium daemonum.*

14. In libro Ruth (cap. 2. v. 20) legimus, quod Noemi vidua Elimelech, et eiusdem Ruth socrus, cum andisset largitatem et beneficentiam Booz, sic loquuta fuit: *Benedictus sit a Domino (Booz), quoniam eandem gratiam, quam praebuerat viuis, serenaui et mortuis.* — Sensus litteralis horum verborum est, uti notat a Lapide (sup. hunc loc.), quod Booz, sicut benefecerat Elimelech eiusdem Noemi marito, eiusque filiis Mahalon et Chelion, quasi sibi consanguineis, dum viverent; ita postea perrexit benefecere iis mortuis, dum eorum xoribus, nempe Noemi et Ruth, beneficus fuit, easque pavit de spicis agri sui. — Verum haec verba ad nostrum argumentum transferentes, dicere possumus, quod Deiparae beneficentior quam Booz, si gratiam auxilii sui praebet vivis ad ipsam confugientibus, multo magis illam reservat, cum iudem in extremo agone constituti suat.

15. Quum populus Israel ex Aegypto egressus, ad promissam terram pergeret, Dominus eum consolatus est per quamdam mirificam nubem, quae similitudinem habebat columnae; haec autem per diem ab aestu solis, et per noctem a tenebrarum horrore protegebat, simulque iter praemonstrabat: *Dominus, in verba Exodi (cap. 3. v. 21), praecedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore.* Huius mirifici eventus loquitur etiam regius Psaltes (Ps. 77. v. 14): *Deduxit eos in nube diei, et tota nocte in illuminatione ignis: et alibi (Ps. 104. v. 39): Expandit nubem in protectionem eorum, et ignem ut luceret eis per noctem.* — In hac autem nube quis Deiparam adumbratam non videt? Haec, veluti nubes, illam salutarem pluviam in mundum effudit, quae ipsum foecundavit, atque simul a criminibus lavit; nubes, inquam, de qua Isaias vaticinatus est (cap. 45. v. 8): *Nubes pluant iustitiam.* Huiusmodi nubes per diem vitae praesentis ab aestu et ardoribus concupiscentiae, et a diaboli tentationibus protegit; et sancta Ecclesia sic illam deprecatur: *Mites fac, et castos.* In nocte autem, scilicet in extremo agone, quando diabolus effundit horribiles tenebras, haec mystica columna tenebras ipsas depellit, et admirabile lumen diffundit: unde a divo Bernardo (serm. 2. de assumpt.) nuncupatur: *Columna vicifica dicinis illuminans facibus, vel, uti Ecclesia Graeca canebat in antiquo hymno: Columna ignea, his, qui sunt in tenebris et umbra mortis, vitam demonstrans.* Haec columna equidem praecedente, iter paratur tutum, et ad beatam promissionis terram certissime pervenitur.

16. In libro Exodi narratur apparitio Dei ad Moysen in rubo ardenti et incombusto. Haece autem tunc dixit (cap. 30. v. 7): *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, et clamorem eius*

audivi... et sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in terram, quae fuit lacte et melle. — Haec usque sacer textus. — Verum nemo profecto velat, per rubum incombustum sanctissimam Virginem accipere: Ecclesia enim de ipsa canit (in liturg. Breviar.): *Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatum agnovimus tuam laudabilem virginitatem: et divus Bruno (in cap. 3. Exod.) subiungit: Quid per rubum, nisi beata Virgo Maria? Erot igitur ignis in rubo, splendor in Virgine, lux in Maria.* Dum autem infirmi et agonizantes inter spinas infernitatis, dolorum, et tentationum versantur, beatissima Virgo, velut rubus incombustus inter spinas, praesens adest, sive visibiliter, sive invisibiliter; et leniter in praecallegata verba prosiliit: *Vidi afflictionem filii mei in extremo agone versantis, et clamorem eius audivi... et sciens dolorem eius, descendi, ut liberem eum de manibus daemonum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in terram, quae fuit lacte et melle, scilicet in coelestem patriam.*

17. In Canticis Canticorum (cap. 6. v. 9) sanctissima Dei Genitrix pulchra ut luna nuncupatur: sicut enim luna praest nocti, quia noctem, illuminat; ita beata Virgo in mortis articulo, qui nocti assimilatur, sibi devotis illaccescit, et tenebras diabolicarum tentationum et mundi fraudum depellit. Quare Bernardus (in Stellar. Virgin. lib. 12. part. 2. cap. 1) sermonem insititens de auxilio, quod Deipara momenti impendit, illa Sapientiae verba (cap. 10. v. 11) opportunè adhibet: *In fraude circumventionum illum offuit illi, et honestum fecit illum: custodiit illum ab iniuriis, et a seductoribus tuitit illum.* Huius mirifici et efficacissimi patrocinii nulla argumenta habentur apud Iohannem Severanum (in selectis aureis iustorum morientium), quibus ostenditur, beatissimam Virginem cultoribus suis frequenter circum agnens apparuisse, illosque in tanto discrimine recreasse et adiuvisse. Ego autem facile existimo, quod moriens ex tantis periculis eratus medianter Deiparae patrocinio, in grati animi testimonium in illa verba prosiliere debeat erga suam praesentissimam Patronam, et in libro Ecclesiastici legitur (cap. 51. v. 4): *Liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui a rugientibus praeparatis ad escam, et de portis tribulationum, quae circumdederunt me... Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdederunt me undique, et non erat qui adiuveret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, et non erat. Memoratus sum misericordiae tuae... et liberasti me de perditione, et eripisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi.*

18. In libro Ecclesiastici (c. 5. v. 2) de sapientia, summa benevolentia prosequente suum etalorem, haec verba leguntur: *Obviabit illi quasi mater honorificata, quasi diceret: Quanto amore, suavitate et gaudio tenera mater, quae semper filium ardentissime dilexit, et a quo vicissim fuit filiali reverentia et amore prosequuta, eadem filio de longe venienti obviam*

COPPOLA de tit. B. M. V.

procederet, ac inter ulnas suas suscipiens, seipsam quasi totam in eum effunderet; tanto pariter amore et gaudio sapientia occurret se quaerenti, et excipit illum quasi mater honorificata. Haec verba allegorice intelligi profecto possunt de illa quae Sedes sapientiae nuncupatur (in Lit. Laurent.), scilicet de beatissima Virgine, quae cum ab aliquo suo cliente honorificata fuerit aliquo obsequio in tempore vitae, deinde in puncto mortis obviabit illi quasi mater honorificata, eumque suscipiet, ut ad aeterna tabernacula deducat. Iidem sanctissima Dei hominumque Patris suis filiis et clientibus illa verba videtur dirigere, quae in I-saia leguntur (c. 66. v. 13): *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos; videbitis, et gaudebit cor vestrum.* At quoniam, quae so, beatissima Virgo blandiatur filio suo, et consolabitur eum? Sane, in puncto mortis. Re quidem vera, quod haec tenera Mater visa est lacrymans, sudoremque mortis tergere ab oculis et a fronte filiorum suorum?

19. Non semel Deipara Stella nuncupata est. Balaam de illa sic vaticinatus fuit (Num. cap. 24. v. 17): *Orietur stella ex Jacob.* Quandoque Stella matutina saluator (in litan. Laurent.): quandoque Maris Stella (in hymn. Breviar); et alibi: *Stella maris, succurre cadenti.* — Optime autem huiusmodi denominationes Deiparae quadrant, et signanter, quatenus ipsa est Auxiliatrix agonizantium. Dicitur stella matutina, quia sicut haec apparet circa finem noctis, et diem praesignat; ita Deipara circa finem vitae praesentis visendam se praebet, quae nox iure dicitur (div. Ambr. l. 2. in c. 2. Luc.): *Nox saeculum;* et praenunciat diem beatae aeternitatis. Insuper Stella maris etiam nuncupatur, quia sicut ea duce nautae facili negotio ad portum dirigunt navem, et scopulos, syrtis, alioque pericula evadunt; ad eandem modum, Deipara Stella maris micanter, infirmi in extremo vitae agone constituti, ad beatae aeternitatis portum feliciter perveniunt. Ad rem divi Bernardus (sup. Missus est) inquit: *Si non vis obui procellis: si insurgent ventu tentationum; si incurras scopulos tribulationum; si iactaris superbia undis, si iudicis horrore perterritus, incipias barathro absorberi tristitia, respice Stellam, voca Mariam.* Hoc ipsum gravibus verbis docuit divus Bonaventura (in Speculo): *Legitur, inquit, et verum est, quod nautarum mos est, cum in aliquam terram navigare disponent, unum sidus eligunt, cuius signo, luce radiante, in eam quam desiderant partem, possint sine errore adduci. Tale certe officium est stellae nostrae, Mariae, quae navigantes per mundi mare dirigit ad litus coelestis patriae.*

20. DEIPARA EST AUXILIATRIX ETIAM ANIMARUM IN PURGATORIO DETENTARUM. — In libro Sapientiae haec memoranda verba leguntur (cap. 10. v. 13): *Haec (nempe Sapientia) venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in focum, et in vinculis non dereliquit illum, donec offerret illi septimum regni.* — Haec profecto sermo est de iusto Ioseph Jacobi filio, quem a fratribus venditum Israelitis, et in cisternam demissum, Sapientia nuan-

quam dereliquit, sed eius vincula convertit in sceptrum, compedes in stolam byssinam, et carcerem in solium regium. Verum nemo velat memoralia verba de Deipara interpretari, quae *Sedes sapientiae* ab Ecclesia nuncupatur (*in litan. Laurent.*). Haec proculdubio descendit cum suis clientibus in foveam Purgatorii, eosque solatur, poenas mitigando, vel abbreviando. Brevi: illos non derelinquit in vinculis, quibus obstricti sunt a divina iustitia, donec afferat illis sceptrum regni coelestis. Divus Bernardinus (*serm. 2. de glorios. nomin. Mar. art. 2*) ita inquit: *Beata Virgo in regno Purgatorii dominum tenet; et S. Vincentius Ferrerius subiungit (serm. 2. de nat.): Maria est bona existentibus in Purgatorio, quia per eam animae ibi detentae habent suffragium. Celeberrimum est privilegium, quod dicitur Sabbatum, Summorum Pontificum auctoritate confirmatum, quo Deipara Virgo illis qui sacro Scapulare Carmelitici Ordinis sunt insigniti, promisit, eos, dum igne Purgatorii expiantur, solari, ac in coelestem patriam quantocumque efferre (vide lectiones Breviar. die 16 Jul.). Brevi: Si prudens Thecenis sua blandiloquentia a Davide impetravit revocationem Absalom ab exilio (2 Reg. cap. 14 v. 6); multo magis benedicta Virgo Maria potentissima est ad obtinendam revocationem ab exilio Purgatorii, pro animabus suo patrocinio commissis.*

21. In eodem libro Ecclesiastici (c. 24. v. 55) Sapientia inducitur haec verba proferens: *Penetrabo omnes inferiores partes terrae, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino. Percelebris a Lapide sic hunc textum exponit: Adeo lux aurorae meae crevit meridiam, adeo aquaeductus meus crevit in flumen, imo in mare, ut non tantum illuminem omnes gentes in superficie terrae degentes, sed et penetrem imas terrae partes, thique inspiciam et visitem omnes dormientes, id est defunctos; ac damnatos quidem inspiciam terribili vultu, metuque percellam, et damnationem eorum confirmabo; pios vero sperantes in Domino illuminabo. Multi Patres hunc locum de Iesu Christi descensu ad inferos interpretantur, ac praesertim divus Isidorus (l. de resurrect. Dom. c. 51). Rursus ex eo quod ait: *Illuminabo omnes sperantes in Domino*, multi probabiliter censent, Christum omnibus animabus in Purgatorio existentibus suo ad eos descensu, dedisse plenum iubilaeum, omnesque a poenis liberasse. Ita praesertim divus Bonaventura (*dist. 22. q. 5*). — At non desunt qui etiam beatissimae Virginis memorata verba accommodant: imo aliqui innixi percelebris privilegio Sabbatino, aliisque argumentis, affirmant, quolibet sabbato, necnon in aliis solemnioribus festis beatissimae Virginis, ipsam per aliquem angelum visitare dormientes, id est purgantes suos clientes, eosque ad aeterna tabernacula deducere.*

22. In libro Ecclesiastici Sapientia suas laudes et originem describens, haec de se faletur (c. 24. v. 8): *Profundum inferni penetravi. Haec verba a divo Bonaventura de beatissima Virgine intelliguntur (in Specul.): Maria, inquit, penetrat profundum abyssi, id est Purgatorii, adiuvans illas sanctas animas. Re qui-*

dem vera dominum et primatum, quod ipsamet Deipara tenet in omni populo, et omni gente (Ecl. c. 24. v. 10), extenditur profecto etiam ad purgantem Ecclesiam. Sexenta Patrum testimonia hanc veritatem mirifice confirmant, Sufficiat pro omnibus divus Bernardinus Senensis, qui (*ser. 3. de nom. Mar.*) inquit: *Beata Virgo in regno Purgatorii dominum tenet; et alibi (in eod. ser.) subiungit: A tormentis Purgatorii liberali beata Virgo, maxime devotos suos.*

23. DENIQUE DEIPARA EST QUODAMMODO AUXILIATRIX ETIAM IN PARADISO. — Dubitari nequit quod beatissimae Virginis patrocinio ingreditur in coelum, quodque, ipsa auxiliante, maior gloria consequatur. Prima pars patet ex eo, quod ipsa nuncupatur ab Ecclesia *Ianuæ coeli* (*in litan. Laurent.*). S. Fulgentius inquit (*de laud. Mar.*): *Facta est Maria fenestra coeli. S. Augustinus eodem epithelo illam ornat (serm. 15. de temp.). S. Petrus Damiani (hom. in Nativ.) subiungit: Hodie nata est Regina mundi, fenestra coeli, ianuæ Paradisi, scala coelestis, per quam supernus Rex humilitatus ad ima descendit, et homo qui prostratus iacebat, ad superna exaltatus ascendit. Igitur quicumque in coelesti patria ingrediuntur, per hanc mysticam ianuam transeunt oportet: nam inquit S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus (ser. de Zona B. M. V.): Nullus est qui salvus fiat, o Virgo sanctissima, nisi per te. — Quoad alteram vero partem, nempe quod, Deipara auxiliante, maior gloria in coelis consequatur, sic probat. Mater filiorum Zebedaei primas cathedras, et nobiliores accubitus reprehensibiliter postulare non dubitavit pro filiis suis (Math. cap. 20. v. 21): *Dic ut sedent hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo.* Absque ulla culpa et ambitionis nota, imo laudabiliter, et cum meliori successu, beatissima Virgo a Filio suo Iesu Christo postulat primos accubitus in regno coelesti pro suis filiis et clientibus. Quid autem Filius, qui semper in terris fuit subditus ei, poterit in coelo illi denegare?*

24. In libro Proverbiorum (c. 31 v. 21) legitur haec verba: *Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.* Facile est haec adaptare beatæ Virgini: ipsa enim vestita fuit duplici veste, eaque coccinea bis tincta, id est ardenti charitate Dei et proximi: vel duplici veste, id est vitae activae et contemplativae. — Eadem duplici veste etiam ornat sibi devotos, nempe vestit virtutum Christi filii sui, et virtutum suarum: vel duplici veste induit, id est gratiae et gloriae. — Missis autem praedictis interpretationibus, nos cum quodam pio et erudito Doctore (*vidend. apud a Lapid. sup. hunc loc.*) dicimus, quod ii qui in hac vita peculiari devotione servierunt beatæ Virgini, ab ea singulari gloria, quasi veste duplici, donandi erunt in coelo. *Sicut, en eius verba, servi regis et reginae in curia regia certis vestibus et insignibus decorati procedunt, per quae agnoscuntur esse servi regis vel reginae, ac speciali purpura vestiti ambulant; ita in curia coelesti servi B. Virginis speciali ornatu et gloria, qua praesertim discernuntur, fulgebunt, iuxta illud Proverb. ult. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.*

25. Indubium est, angelos et sanctos in coelo pro hominibus intercedere. Verum quemadmodum ad Deum Patrem opus est Christi mediatione, de quo primario inquit Apostolus (1. ad Timoth. cap. 2. v. 5): *Unus est mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus; ita pietendum est, nullam gratiam a Christo consequi, nisi sanctissima Virgine intercedente et mediante.* Divus Clarevallensis abbas (*in serm. de duodec. stell.*) inquit: *Opus est mediatore ad mediatorem Christum Iesum; nec alter nobis utilis, quam Maria. Immo consonum est Patrum doctrinae, quod angeli et sancti in coelo, qui sunt mediales ministeriales et secundarii, cum aliquam gratiam implorant, opus habent auxilio et mediatione Deiparae: 1. quia cum omnes gratiae oblineantur vi redemptionis Christi, huius redemptionis pretium sanctissimae Deiparae collatum est et concredidit. Id aperle docet divus Bernardus (serm. de aquaeductu) cum dicit: *Redempturus humanum genus, totum pretium contulit in Mariam.... totius boni plenitudinem in ea posuit, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, totum ab ea noverimus redundare: 2. Posita Dei voluntate, de qua loquuntur Patres, nempe quod nulla gratia consequatur, nisi transeat per Mariam, sequitur quod non solum homines qui sunt in terra, sed etiam an-**

geli et sancti qui regnant in coelo, si quid a Deo obtinere cupiunt, opus est ut fulciantur meditatione et auxilio Deiparae. De huiusmodi Dei voluntate loquitur divus Bernardus, cum inquit (*in serm. de aquaeductu*): *Sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam: alibi (in serm. 3. in vig. nativ. Dom.) subiungit: In ipsa adiutorium est, quia nihil nos Deus habere voluit, nisi per Mariam: et divus Germanus Patriarcha Constantinopolitanus (serm. de Zona Virg.) sic Deiparam alloquitur: *Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te.**

Alio autem puto, quod angeli et sancti, cum aliquid cupiunt, ad beatissimam Virginem recurrunt; ipsa autem eos ducit ad thronum Filii sui benedicti, ubi idem tandem tacet, quamdiu tacet Deipara: statim vero ac ipsa loquitur, loquuntur etiam et sancti. Id innuit Anselmus Cantuariensis antistes, vel quicumque alius sit auctor sub eius nomine (*in dial. sup. pass.*); inquit enim: *Te tacente, o Deipara, nullus exorabit, auxiliabitur nemo: te intercedente, omnes exorabunt, auxiliabuntur omnes. Igitur si beatissimae Virginis meditatione, beati in coelo facilius consequuntur quae postulanti pro suis clientibus, recte ipsa quodammodo dicitur auxiliatrix etiam in Paradiso. Cui, post Deum, sit semper honor et gloria. Amen.*